



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.27. Christiano Archiepiscopo Moguntino suum abrogatur munus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

mum eam Papa Haquino Norvegiæ Re- Sæcul. XIII.  
 gi obtulit, quem hoc fine in Regem inau- A.C. 1251.  
 gurari jufferat. At hic Princeps se sem-  
 per hostes Ecclesiæ, sed non omnes Pa-  
 pæ inimicos impugnaturum publice de-  
 claravit. Sic ad me ipsum dixit, ait  
 Matthæus Paris, & quidem gravi cum  
 juramento.

## §. XXVII.

*Christiano Archiepiscopo Moguntino  
suum abrogatur munus.*

Sifridus seu Sigefridus Archiepiscopus  
 Moguntinus ab hominibus demigra-  
 verat 9 Martii an. 1249. Quidam scri-  
 ptor coævus eum laudat tanquam bella-  
 torem egregium, addens, eum nec spiri-  
 tuales functiones suas, nec profanæ di-  
 tionis suæ curam neglexisse. Post ejus Ap. Serrav.  
p. 839. 840.  
 obitum Canonici Moguntini postulave-  
 runt Conradum Archiepiscopum Colo-  
 niensem: sed Papa consentire noluit. I-  
 gitur Christianum Ecclesiæ Moguntinæ  
 Præpositum elegerunt, a teneris ungui-  
 culis Moguntinæ educatum. Legato, qui  
 aderat, electionem ratam habente, die  
 S. Petro sacra 29 Junii an. 1249 a Rege  
 Guilielmo confirmatus in jure tempora-  
 lium, eodemque anno consecratus Pal-  
 lium obtinuit. Omnes frugi homines  
 eum sic promotum esse gaudebant, pa-  
 cem

Sæcul. XIII. A.C. 1251.                       
 cem procuraturum sperantes, præcipue  
 quia in arte militari exercitatus non es-  
 set. Sed hoc ipsum ei nocuit. Etenim  
 apud Papam accusatus fuit, quod esset  
 Ecclesiæ prorsus inutilis, & a Rege vo-  
 catus ad expeditiones bellicas invitus  
 accederet. Verum erat: & ratio Chri-  
 stiani fuit, quod incendia fierent, cæde-  
 rentur vineæ, messes vitiarentur. Atqui  
 hæ vastationes, aiebat, Episcopum haud  
 decent. Faciam vero, quidquid gladio  
 spirituali confici potest. Cumque stimu-  
 laretur, ut vestigiis antecessorum insiste-  
 ret, respondit: Scriptum est: *Mitte gla-  
 dium tuum in vaginam!*

p. 841.

Joan. 18.  
v. 11.Gall. Chro.  
to. 1. p. 279.

Hic agendi modus eum reddidit exo-  
 sum Regi Guilielmo multisque Laicis;  
 qui a Papa impetrarunt, ut dignitate sua  
 spoliaretur. Hoc decretum executioni  
 dedit Legatus Hugo a S. Charo vel a  
 S. Theodorico Ordinis Prædicatorum Car-  
 dinalis Presbyter Tit. S. Sabinæ, adjun-  
 ctumque sibi habebat Henricum Segusia-  
 num Archiepiscopum Embrodunensem,  
 antea Episcopum Segesteronensem, ac po-  
 stea Cardinalem Episcopum Ostiensem.  
 Christianus libenter acquiescens de sede  
 Moguntina decessit an. 1251. Legatus  
 ei succedere voluit Gerardum hominem  
 juvenem Comitis Conradi cognomine  
 Ferocis filium, qui solum Hypodiaconus  
 erat. Hunc ut Legatus eligeret, ei per-  
 suasit

suasit Archiepiscopus Embrodunensis, qui <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 eo sine ducentas argenti selibras clam ac- A C. 1251.  
 ceperat. Hinc apparet, quantum mu-  
 tata sit disciplina: nam olim honoris  
 gradu dejectus fuisset Episcopus, qui por-  
 tasset arma. Fuit hoc inter alia Salonio <sup>Sup. lib. 34.</sup>  
 & Sagittario exprobratum an. 579. At- <sup>o. 38.</sup>  
 que ista observatio tanto gravioris est pon-  
 deris, quod Hugo a S. Charo & Hen-  
 ricus Segusianus inter celeberrimos sæ-  
 culi sui Doctores fuerint, Hugo propter  
 expositas sacras Litteras, Henricus ob Ca-  
 nonici Juris peritiam.

## §. XXVIII.

*Papa Lugduno abit.*

**R**egina Blanca, cum Papam reditum <sup>ap. Rayn.</sup>  
 in Italiam adornare sciret, per Nun- <sup>n. 19.</sup>  
 cium ei regnum suum, & quidquid ex se  
 penderet, obtulit, suumque ejus ante abi-  
 tum invisendi desiderium indicavit. Ille  
 in gratias effusus, ne tam incommoda u-  
 tens valetudine, id molestiæ sibi faces-  
 feret, orabat, seque ad discessum adigi  
 scribebat 18 Martii. Tum itidem se pur- <sup>n. 23.</sup>  
 gavavit Regi Angliæ se adituro: sed dene- <sup>n. 25.</sup>  
 gavit petitam decimam partem ecclesia-  
 sticorum Scotiæ proventuum, eo quod  
 res inaudita esset illam cuiquam Principi  
 alieno in regno concedere.